M0002888: Page from Liber additamentorum

Publication/Creation

17 March 1932

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/mkmbn5d5

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Sancti Albani devotus ipsius ecclesie filius et frater de capitulo: bone memorie Athelwoldus pater beati Edwardi regis Anglorum. Qui cum una dierum veniens ad sanctum Albanum capitulum ingrederetur: detulit secum dictum lapidem. et benigne ac gratanter contulit ecclesie. ipsum commendando et virtutem ei pronuntiando. Postulavitque ut ipse abbas et conventus inferret dicto suam excommunicationis in omnes qui illud donum suum aliquo tempore forent ablaturi. Iste lapis ex speciosus est et magnum cum providetur ei locus idoneus ut collocaretur in feretro in tempore Galfridi abbatis fabricato consilio eorum qui [operant] opi aurifabrum: reservatus est et depositus in thesauro: ut utile sue virtutis officium temporibus exerceret oportunis. Mulieribus enim parturientis efficax confert patrocinium. Invocato quoque fideliter beato Albano Anglorum prothomartiris nomine: non permittit parturientes alicui discrimini subiacere. Dicitur autem quod si violenter aut fraudulenter amoveatur ab ecclesia memorata: virtutem suam penitus est lapis amissurus.

Noverintque tamen obstitrices quando partita quod lapis ponendus est super pectus inter mamillas parituri. paulatim et successive versus occiduam corporis partem submittendus. Infantulus enim nasciturus lapidem subterfugit appropinquantem. Insculpitur autem eidem lapidi ymago quedam pannosa. tenens in dextra hastam. quam serpens rependo ascendit. Et in sinistra puerum vestitum. tenentem ad humerum quoddam [anesle]. et aliam manum versus ipsam ymaginem extendentem. prout in antecedenti pagina figuratur. Plures autem colores habet. capud videlicet fuscum. nubilum est ad instar iris. habentem [...]eo et subrufo colore compositum. [...]num vero pars aerei coloris et subrufi. Forma autem oblongus. [qu]antitate vero fere semipedalis [...]gr autem tenaculis in suo castone [...]teo roboratur. In quo scilicet castone nomen possessoris videlicet beati Albani et nomen donatoris. piissimi videlicet regis Anglorum Athelredi insculpitur ingeniata.

Contigit autem quandam ut cuidam potenti matrone partum pregnanti lapis iste accomodaretur. Et cum prospere peperisset. et se iterum sperasset sepius parituram et geminam sibi parituram: retinuit et abscondit ipsum lapidem fraudulenter. asserens palam mentiendo quando reposcebatur se dominum ipsum remisisse. Et post vitam illius matrone filia eius simili ducta intentione: ipsum multis annis retinuit. Elapso autem multo tempore. moritura confessa est veritatem. Et quod diu fraudulenter retinuerat. penitendo et veniam postulando: resignavit. Abbas autem cuius tempore hec facta sunt resignato ex [vicio] in capitulo facta fuerat: tacitavit se hunc lapidem huic ecclesie contulisse. Casus autem consimilis in pluribus aliis solet evenire. ut quod scilicet redimitur vel restituitur aut sponte resignatur: ad ecclesie conventus et [industrie] abbatis qui per tempore fuit ascribatur. [P]onderat autem lapis memoratus cum suo castone argenteo quinque solidos et ii denarios.

Notandum insuper quod prout perhibent orientales [...], scilicet rex Arabum et alii virtutum periti lapidearum: sunt quedam gemme que si vel furto. vel violentia vel avara exceptione ad alienum [transeant] dominium: sua virtute priuantur. Quod in amecisto qui amoris gratiam gestat unde ab amore nomen sortitur manifestum est compertum.

[Hoc] de anulo [quem] dominus Laurencius [...] [...] dedit, qui [...] de anulo [...] de domino Huberto de Burgo [iusticiario].